

DE I. LOCO.

1. Filius DEI in novissimo die iudicium in gloriâ & maiestate magnâ exercens pios collocabit ad dexteram.

2. Alloquetur eos blandissimis verbis
Venite benedicti Patris mei, &c.

3. Opera eorum recensebit.

4. Pius quærentibus, quando hæc opera peregerint, respondebit.

5. Executio sententiæ latæ mox sequetur. *V S V S.*

Facit hic processus.

Rom: 8. 1. Pius ad consolationem in omnibus ærumnis.

Apo: 2. 2. Ad exhortationem, ut dent operam, ne à fide deficient, sed constantes sint usq; ad mortem.

Rom: 5. 3. Ad doctrinam, discunt enim opera illorum, si fide in Christum justificati sunt, Deo placere, licet nõ mereatur salutem.

DE II. LOCO.

1. Christus iudex impios collocabit ad sinistram.

2. In eos sententiam feret:

Ite maledicti, &c.

3. Peccata illorum ijs exprobrabit.

4. Omnem excusationem illis diluet.

5. Executio latæ sententiæ à Christo mox perficietur. *Vsus.*